



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 293.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 293.

Tradidit rothard unam familiam pro fratre suo folcred in *Holtbus* (r).

guber-
nante
Corbe-
iam
Bouone,

§. 294.

Villam hanc *Holtbusen* rapuere post hæc ad se episcopi Hildesenses, ut ostendemus in libro de Translatione quorundam bonorum feudalium Corbeiensium ad serenissimos duces Brunuicenses et Luneburgenses.


- (r) Existisse hanc villam *Holtbus* in pago *Huuetigo*, iam nos docuit abbas noster Saracho §. 292. not. (q). Cum itaque pagus *Huuetigo* olim fuerit in comitatibus Sualenbergico et Pymontano, intelligimus exinde, vicum *Holtbusen*, in Pymontano comitatu situm, designari. An vero hæc sit eadem villa, quæ quondam relata fuit ad prædium Sannanabiki, in eodem pago *Huuetigo* obuia, res est non huius loci sed altioris indaginis. Nobis villa *Holtbusen*; ad dictum prædium spectans, diuersa videtur a nostra villa *Holtbus*. Atque ut id ipsum eo melius iudicare possis, diploma cæsaris Conradi e MSco interferimus. En, quæso, illud:

De villa
Holthus
in pago
Huueti-
go.

CIn nomine scæ et indiuiduæ trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Si ulli ex nostris pontificibus sui fidelis seruitii non immemores aliquid ex his quæ nostris iuris deputantur benigno animo impendimus eum postea in nostro iuuamine et seruitiis perniciosum et multo studiosiorem existere procul dubio credimus. Quapropter omnibus Christi nostrisque amatoribus presentibus scilicet ac futuris perspicuum esse uolumus qualiter *Witilo* nostram adiit serenitatem humiliter rogans ut prædium *Sannanabiki* dictum in istis uillis *Hornan Froincorp Vinesbiki Rassei Knechtabusun Bukinbusun Bemanbusun Scuni Berchem Homan Holtbusun* situm sua uxorisque sue *ode* filieque sue *cecilie* nec non *gerburch* filieque eius *Hodonis* petitione ac collaudatione ad nostram imperialem manum recipere curaremus. prædium *Zuerici* quod nostris fuit proprietatis illorum e contra subiugantes ditioni. Horum igitur desiderio primatum nostrorum satisfactes consilio id quod illorum erat ad manum nostram recepimus et in illorum ius quod nostris erat iuris amabiliter remisimus. Transactis autem ita his omnibus prædictum prædium *Sannanabiki* quod tunc nostris iudicabatur esse proprietatis in comitatu *widikindi* in pago *huuetiga* situm cum omnibus utilitatibus ad idem pertinentibus arboribus edificii agris terris cultis et incultis pratis pascuis campis siluis uenationibus aquis aquarumque decursibus piscationibus molis molendinis uinis et inuis exitibus et redditibus questibus et inquirendis ob amabilem coniugis nostre *gisle* imperatricis auguste interuentum et ob minime denegandam dilectissime prolis nostre *Heinrici* regis petitionem nec non *Herimanni marchionis* meinuerco uenerabilis uite episcopi sueque ecclesie in sanctissime dei genetricis marie et pretiosissimi martyris kiliani et gloriosissimi confessoris liborii honorem constructe eo tenore in proprium tradidimus ut ipse suique successores de eodem liberam deinceps habeant potestatem tenendi tradendi uendendi commutandi uel quidquid placuerit sibi faciendi ad utilitatem tamen prædictorum sanctam ecclesie recordati sumus namque non in hoc tantum sed in aliis sibi adhuc deo uolente a nobis tradendis prædiis quod suum assiduum seruitium deuotius et ceteris nostris pontificibus frequentius non quasi uno sed in omni tempore anni habuimus. Et ut hæc nostre traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa per labentia temporum curricula obseruetur hoc præceptum inde conscriptum subtus manu propria confirmauimus et corroborauimus ac sigilli nostri impressione diligentius insigniri precepimus.

Ab anno
879 vsque
890. im-
perante
Karolo
Crasso et

Signum domni
Chuonradi



inuiçtissimi Romano-
rum imperatoris au-
gusti

Vdalricus cancellarius recognouit.

data III non. augusti indiçt. XIII anno dñice incarnationis MXXXI
anno autem domni chuonradi scdi regni VII. imperii uero V. actum
Immedehufun.

In hoc diplomate subscriptio archicancellarii quidem deest. Illud uero mo-
mentum notam falsitatis eidem inurere nequit. *Aribo* enim archicancellarius
VIII. id. Aprilis mortuus erat, restante *Vita Godehardi* Tom. I. S. R. B. Leibn.
p. 494. nouusque archicancellarius *Bardo* mente Augusto nondum electus uide-
tur. Ex ipso autem diplomate discimus, prædium *Sannabiki* cum bonis vil-
larum, ad idem relatarum, ad pagum spectasse *Huuetigo*. *Sannabiki* hodie
dicitur *Sandebeck*, et ad iura pertinet dominorum de Schilder, qui bona in hoc
uico habent ex feudo ab ecclesia Paderbornensi. *Hornon* locus hodie nomina-
tur *Horen*, estque vrbs comitatus Lippiensis. Cum uero uilla *Aldanborpe*,
hodie *Oldendorp* haud procul ab oppido *Horen*, in traditionibus nostris §. 190.
ad pagum referatur *Thiadmelli*, ex eo intelligitur limitem pagorum *Thiadmelli*
atque *Huuetigo* constituendum esse inter *Horen* et *Oldendorp*. *Vinsbiki* locus
hodie dicitur *Vinsbeck*, situs non procul a uico *Sandebeck*. *Holtbusun* uero vi-
detur maior uel minor uicus *Holthufen*, obuius haud procul a Rupe picarum,
quæ patrio uocabulo nuncupatur *Externstein*, ad angustum per montes Teuto-
nicos transitum non procul ab oppido *Horen* ac loco *Variane cladis* situs, in quo
Drufur, a *Vifurgi* rediens, a Sicambriis inclusus putatur. Ad castrum *Extern-
stein* uilla *Holtbusana* reperitur, singulare atque admirabile naturæ opus, rupes
scilicet altissima et quadruplici vertice abrupta, ubi in plano montis est castel-
lum. Olim ibi malli locus fuit, in quo Saxones ad iudicia prouincialia coierunt.
Circa annum MXCIII. locus ille cum uilla *Holtbusen* in manus peruenit *Gum-
berti*, abbatis *Abdinghouiani* in vrbe *Paderborna*, ut docent sequentes episcopi
Paderbornensis *Heinrici* litteræ, e MScto huc insertæ. En illas.

Q In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis *Heinricus* dñi gratia *pather-
brunnensis* ecclie eps notum esse uolumus uniuersitati fidelium quod
tribus fratribus secundum carnem nobilibus diuidentibus hereditatem
uni prouenit in parte sua territorium *Colstide* alteri superius *Holtbusun*
tertio nomine *Imiconi* inferius *Holtbusun* quorum unus dedit partem
suam scilicet *Colstide* sc̄o *liborio* ad principalem eccliam in *patherbrun*.
alter suam partem uidelicet superius *Holtbusun* tradidit sc̄o *luidgero* in
Werthen quam traditionem ut ille tertius nomine *Imico* consentiendo
laudaret ei de sua parte lapidem *agifferstein* in uicino nemore & totum
a cacumine ipsius lapidis usq. in campos inferioris *Holtbusun* & usque
ad campos uicini loci *Hornon* in proprietatem dederunt sicq. idem
Imico usq. ad finem uite sue cum territorio *Holtbusun* eundem lapidem
usq. ad pdictos fines singulariter possedit. pdictus uero *Imico* moriens
suum filium nomine *Erphonem* heredem reliquit qui & pdictam patris
hereditatem absq. contradictione tenuit. ipse autem immatura morte
puentis matri sue *Idæ* sua omnia hereditauit a qua uidelicet *Ida* cum
con-

consensu filie sue nomine *Witsuit* & generi sui nomine *Euerhardi de Veltheim* & aliorum heredum domnus *Gumbertus* uenerabilis nre ciuitatis abbas datis XIII libris argenti cum aliis xeniis monasterio cui pre- fuit in honore sctorum apolorum petri & pauli constructo idem territo- rium cum lapide iam dicto & cum uicino nemore pleniter ut predictus *Imico* & sui heredes tenuere acquisiuit & VI. solidos grauioris monete qui inde omni anno soluuntur fratribus suis monachis in refectorio ad caritatem seruire constituit in anniuersario *Otonis comitis* & item in anniuersario eiusdem laici nomine *Bosconis* fratris ipsorum quorum uterq. quinq. marcas ad coemptionem ipsius territorii impendit pro hac ipsa causa scilicet pro commemorando anniuersario eorum. Huius rei testes sunt *Gerhard Wolfhard Walraf Embrico Meinger Gode- scalc Sibertus Thithmar* & alii multi. Hanc autem cartam istam tra- ditionem scriptam tenentem ego *Heinricus* dei gratia patherbrunnensis fedi episcopus rogatu prefati abbatis & fratrum suorum sigillo nro insigniri feci anathematis sententia feriens omnem personam que hec bona pre- dicto monasterio auferre tentauerit absq. iusta & utili commutatione. Acta sunt hec anno incarnationis dñice MLXXXIII. indict. II. impe- rante romanis Heinrico III.

guber-
nante
Corbe-
iam
Bouone.

Postquam itaque locus iste in possessionem Werdinensis abbatis ad Ruram per- uenit, primum in villa *Holtbusen* ædes est sacra constructa, deinde quoque in su- premo rupis fastigio, que publica via imminet, sacellum cum altari appa- ratum intra natiuam structuram lapidis. Iste olim sacerdos e monachis operaba- tur sacris, et erat Werdensium abbatibus Helmstadium proficiscentibus statio et hospitium in villa *Holtbusen* adiacente.

Hicæ præmissis addere quædam debemus de villa nostra *Holtbus*, in qua *Rot- hardus* Widikindeus quædam donauit, quæque eadem uidentur, in qua abbas Corbeiensis *Thimo* duos mansos, quos *Hermannus* de Albaxen in feudo posse- derat, anno 1262 contulit monasterio, in *Valkenhagen* exstructo intra comita- tum Lippiacum, testantibus litteris sequentibus. En eas ipsas.

Thimo dei grã Corbeien. abbas omnibus hanc litteram inspecturis fa- lutem in dño. Per p̄sens scriptum notū facim⁹ uniuersis quod nos II. mansos sitos in uilla *Holtbusen* quos *Hermannus de Albaxen* a nobis et ecclia nra in feodo possidebat ipso petente et ad hoc nobis ipsa pro- prietatem resignante contulim⁹ ecclie in *Valkenhagen* cum omni iure scilicet domib⁹ campis siluis pascuis et ceteris attinenciis in proprietate deinceps et p̄petuo possidendos. ita tamen quod in recognitionem proprietatis nre in eisdem mansis II. fundos cere II. denarios graues ualentes singulis annis in festo bti Viti ad custodiam psoluantur. Et ut hoc factum nrum eidem ecclie in *Valkenhagen* nemo infringere ua- leat posterorum. p̄sentem litteram eidem assignauim⁹ in testimonium geste rei sigilli nri munimine roboratã. Dat. Corbeie anno dñi

M. CC. LXII. VIII. kal. iunii.

In eadem villa *Holtbusen* anno 1273 præpositus sanctimonialium in *Valken- hagen* comparauit decimam a *Iohanne* de Frenken, antea resignatã *Timoni* ab- bati Corbeienſi, ut docent litteræ sequentes, nondum editæ:

Notum sit uniuersis p̄sens scriptum uisuris quod ego *Johannes* mi- les dictus de *Frenken* decimam in *Holtbusen* dño meo *Timmoni* uenera- bili abbati Corbeien. nec non et conuent⁹ eiusdẽ a cui⁹ manu hanc titulo feudali habui libere resignauim⁹ quam resignationem quia eam p̄ necessitate corporis in dicti dñi mei uenerabilis p̄sentia facere non potui me fecisse p̄ p̄sentia recognosco. quam decimã supradictã *Arnold⁹ de Hauerſuorde* dei grã p̄posit⁹ sanctimonialium in *Valken- hagen* sibi cum ipso collegio comparauit. Cui⁹ rei testes sunt honorabi- lis dñus p̄posit⁹ *Otto in kemenais* qui memoratam resignationem cum

Sss 3

per

Ab anno
879 vsque
890 im-
perante
Karolo
Grasso et

per me sigillum non habeo per appensionem sigilli eiusdem ecclesie publice prestatatur item Bernardus gen. aduocat. Henricus et Bernardus fratres dicti de Halle ceterique, quam plures. Datum kemenatis Anno domini M. CC. LXXXIII. ipso die palmarum.

Sigillum capituli ecclesie Keminadensis
vide in Tabula V. num. 4.

Hanc decimam in villa *Holtbusen* confirmavit demum anno 1285 conuentui sanctimonialium in *Valckenhagen* Henricus, Corbeiensis abbas, donauitque curiam et decimam, ad *Dane* obuientem, et bona quadam in *Wienchusen*, vti approbant tria diplomata sequentia, quae hic primum in lucem emittere volupe est. En illas.

Henricus dei gratia abbas Corbeiens. prior totusque conuentus eiusdem ecclesie presentia uisuris salutem in omni salutari. Cum *Ioannes* miles dictus de *Vrenken* nec non *Bruno* et *Ioannes* heredes filii sui decimam in uilla *Holtbusen* sitam cum omnibus suis attinentiis et alia bona in eadem uilla que iude a nostra ecclesia in pheodo possidebant in manus nostras resignauerint presentibus firmiter prestatamur nos eandem decimam cum omnibus suis attinentiis et aliis bonis siue in siluis in campis in pascuis siue in aquis sicut scriptum uidelicet *ioannes* miles de *Vrenken* et filii sui predicti a predicta nostra ecclesia possidebant ita propter deum conuentui sanctimonialium in *Valckenhagen* in proprietatem perpetuam contulisse preterea cum dominus *Thymo* abbas huius memorie predecessor noster sicut ipsi littere sub sigillis ipsorum et uenerunt nostris predicti publice prestantur curiam et decimam in *Dane* cum omnibus suis attinentiis a *Bertoldo* milite et *Wernero* fratre eius deus de *Lippia* qui hec bona a nostra ecclesia Corbeiensi tenebant in pheodo in ipsorum manu libere resignata predictae ecclesie in *Valckenhagen* in perpetuam proprietatem contulerit. nos hoc factum prefati antecessoris nostri ratum et gratum habentes tenore presentium ob diuine remunerationis intuitum confirmamus. hoc adiecto. quod in horum omnium ac singulorum recognitionem ecclesia sepe decessit in *Valckenhagen* de decima supra decessit in *Holtbusen* singulis annis annuum fundum cere pro soluet thesaurario Corbeiensi item de aliis bonis in eadem uilla unum fundum item de curia *Wienchusen* unum fundum item de decima in *Dane* unum fundum uel pro quolibet fundo unum grauis denarium pro soluetur. Ut autem hec omnia in perpetuum inconuulsa permanent nos predicti abbas et conuentus Corbeiens. hanc presentem paginam sigillorum nostrorum appensione decretum roborandam. Datum Corbeie anno domini M. CC. LXXXV. in dominica qua cantatur Circumdederunt.

Sigillum abbatis est idem quod appender diplomati
abbatis Henrici, et xxi incisum dedimus. Capitu-
tuli autem sigillum vide in Tab. IV. num. 3.

Thimo dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas notum esse uolumus et presentibus scripto prestatamur quod nos requisito et habito consensu capituli nostri Corbeiensis bona in *Wienchusen* et decimam in *Dane* claustrum et propositum in *Valckenhagen* contulimus tali pacto quod eiusdem claustrum propositum singulis annis unum talent. cere dabit ecclesie corbeiensi. supra decessit enim bona et decimam predictam *Bertoldus* miles deus de *Lippia* cum *Wernero* fratre suo de manu nostra tenuerat et cum ea propositum *Arnoldo* deo de *Hauerfuorde* collegio supra decessit claustrum uendidissent et hac ratione nobis ea libere resignassent. nos ipsorum proprietatem eidem propositum et eiusdem claustrum collegio supra decessit pacto contulimus et hac nostra sigilli appensione cum sigillo capituli nostri Corbeiensis in presenti pagina prestatamur. Dat. in Monte Martis anno gratie M. CC. LXX. III. in medio quadragesima.

Notum